Programm

des Königlichen

Gymnasiums zu Quedlinburg

für

das Schuljahr von Ostern 1878 bis Ostern 1879.

Inhalt: Varia vom Oberlehrer Dr. Edmund Hedicke.
Schulnachrichten vom Director Dr. August Dihle.

Quedlinburg,
Druck von Karl Voges.
1879.

1879. Progr. Nr. 207.

VARIA.

I.

VERGILIUS BENTLEIANUS.

Londini in museo Britannico adseruatur exemplar editionis carminum Vergilianorum a Gualt. Valkenier. Amstel. anno 1646 curatae quam Richardus Bentleius ita correxit, ut plane nouam recensionem exhiberet, usus maxime codicibus Vergilii Mediceo (plut. XXXIX no. 29 = *M* Ribbeckii) et Vaticano (no. 3867 = *R* Ribbeckii), quorum codicum copia ei facta erat et per Nicolai Heinsii editiones et per Io. Pierii Valeriani castigationes et uarietates Virgilianae lectionis (Rom. 1521). quae codicum optimorum notitia quamquam parum certa erat, ut fieri non posset, quin Bentleius saepius a uero aberraret, tamen hanc recensionem totam cum uiris doctis communicare operae uidetur pretium esse in tanto uiri et ingenii et iudicii acumine. Bentleius ipse iam in editionibus et Horatii et Manilii aliquot locorum correctiones publici iuris fecit: ecl. VII, 54 ad Manil. II, 253; georg. II, 341 ad Hor. epod. 2, 18; Aen. X, 705 et 709—10 ad Hor. epod. 5, 28. tribus locis (georg. IIII, 203—5; 236—8; Aen. VII, 51) emendationibus usus est, quantum scio, ineditis doctoris Crow, nisi hic uir idem est atque ille doctus Britannus, cuius mentionem fecit Philippus Wagner ad georg. IIII, 203 ex editione georgicorum Londinensi a. 1741a Io. Martynio curata. haec recensio Bentleiana quantum recedat a nouissimis Philippi Wagneri (Lips. 1830—33), Ottonis Ribbeckii (Lips. 1859 sq.), Mauricii Hauptii (Lips. 1873), ut facile perspiciatur, adscribam, si quis horum cum Bentleio consensit, his notis usus: *H* = Haupt, *R* = Ribbeck, *W* = Wagner, *C* = Haupt et Ribbeck et Wagner.

ecl. II, 7 cogis] coges *C*
- II, 12 at mecum] at me cum: *sic iam Heinsius*
- II, 46 ferant] ferunt *C*
- III, 3 ovis] oves
- IIII, 58 Pan deus] Pan etiam *C*
- V, 19 *tribuit Bentleius* Menalcae, *item R*
- VII, 54 quaeque] *leg.* quaque: *cf. ad Manil.* II, 253; *rec. W*
- VIII, 44 Ismarus] Aut Tmarus (*C*: aut Tmaros)

georg. I, 3 quis cultus] qui cultus *C*
- I, 4 atque apibus] *del.* atque *C*
- I, 22 non nullo] non ullo *C*
- II, 144 oleaeque] oleae *C*
- II, 341 Ferrea] terrea: *cf. ad Hor. epod.* 2, 18; *C*
- III, 114 rapidisque] rapidusque *C*
- - - victor] *leg.* vector: *item Meursius, exerc. crit.* II, 4, 27.
- III, 120—23 *collocat Bentleius post vs.* 96 *HR*
- III, 160 sacris] sacros *C*
- III, 177 mulctralia] multraria (*C* mulctraria)
- III, 189 etiam qui . . . etiam] et iamque . . . et iam
- III, 190 aetas] aestas *C*
- III, 230 pernix] pernox *C*
- III, 305 tuenda] tuendae *C*
- III, 499 vector] victor *C*
- IIII, 43 fodere] fovere *C*
- IIII, 85 coegit] subegit *C*
- IIII, 87 quiescent] quiescunt *H W*
- IIII, 88 ambos] ambo *C*
- IIII, 97 terram sicco] sicco terram *C*
- IIII, 146 umbram] umbras *C*
- IIII, 147 disclusus] exclusus *C*
- IIII, 148 commemoranda] me memoranda *C*

georg. IIII, 203—5 *post* 196 *ponit Dr.* Crow; *item Io. Schrader, R W delent*
- IIII, 206 angustus] *fo.* angusti *C*
- IIII, 236-38 *ponit post* 230 *Dr.* Crow; *item R*
- IIII, 241 aut] at *C*
- IIII, 247 in foribus laxos] laxos in foribus *C*
- IIII, 267 tonsum] tunsum *C*
- IIII, 301 obstruitur] obsuitur *C*
- IIII, 343 atque Asia] et Asia *C*
- IIII, 373 influit] effluit *C*
- IIII, 406 illudent] eludent *C*
- IIII, 415 diffudit] diffundit *H W*, defundit *R*
- IIII, 424 recessit] resistit *C*
- IIII, 425 rapidus] rabidus, *item Wakefieldus*
- IIII, 431 dispergit] dispersit *R W*
- IIII, 432 diverso] diversae *C*
- IIII, 443 fallacia] pellacia, *item Heinsius*
- IIII, 449 huc] hinc *C*
- IIII, 473 silvis] foliis *C*
- IIII, 479 innabilis] inamabilis *C*
- IIII, 516 nonnullique] non ulli *C*
- IIII, 521 nocturnaque] nocturnique *C*
- IIII, 547 *collocat ante* 546

Aen. I: *qui uersus nunc uolgo omittuntur:*

ille ego, qui quondam gracili modulatus avena
carmen, et egressus silvis vicina coegi
ut quamvis avido parerent arva colono,
gratum opus agricolis, at nunc horrentia Martis, *ei in editione Valkenier. extant neque a Bentleio deleti sunt; item defendit W*

- I, 313 [= 317 *Valkenier*] late] lato *C*
- I, 429 [= 433 *V*] alta] *leg.* apta, *sed vide* II, 448

Aen. I, 488 [= 492 *V*] agnovit] agnoscit
- I, 690 [= 694 *V*] gressis] gressu *C*
- I, 708 [= 712 *V*] et toris] toris *C*
- II, 30 acies] acie *C*
- II, 77 fuerint quaecunque] fuerint quodcunque *C*
- II, 321 littora] limina *C*
- II, 342 illis qui] illis *C*
- II, 347 consertos] confertos *C*
- II, 386 exultans successu] successu exultans *C*
- II, 517 sedebant] tenebant *C*
- II, 532 fudit] fundit
- II, 550 haec] hoc *C*
- II, 793 compressa] comprensa *C*
- III, 75 pius] prius
- III, 76 Mycone celsa Gyaroque] Gyaro celsa Myconoque, *item Heinsius?*
- III, 84 venerabor] veneramur
- III, 100 cuncti] et cuncti *C*
- III, 111 Cybele] Cybeli *vel* Cybelae; Cybeli *R*, Cybelae *HW*
- III, 127 concita] consita
- III, 329 famulam famuloque] famulo famulamque *C*
- III, 338 quis te] quisnam *C*
- III, 341 ecquae iam] ecqua tamen *C*
- III, 460 secundos] sacerdos
- III, 502 cognatasque] cognatas *C*
- III, 561 rudentem] *fo.* tridentem *(vide Pierium ad* V, 143): *idem coniecit Heinsius ad* V, 143 *et Io. Schrader*
- III, 565 descendimus] desedimus (sid): desedimus *C*
- III, 583 in sylvis] *del.* in *C*
- III, 606 manibus hominum] hominum manibus *C*
- III, 614 nomine] nomen *HW*
- III, 674 Italiae] Trinacriae
- III, 681 constiterant] constiterunt *C*

Aen. III, 697 numina magna loci iussi] iussi n. m. l. *C*
- III, 705 Selini] Selinus *C*
- IIII, 16 nec cui] ne cui *C*
- IIII, 27 violem .... resolvam] violo ... resolvo *C*
- IIII, 168 connubii] connubiis *C*
- IIII, 174 malum quo] malum qua *HR*
- IIII, 256 volabat] legebat
- IIII, 329 tantum] tamen *C*
- IIII, 330 aut] ac *C*
- IIII, 369 numina] lumina *C*
- IIII, 441 veluti annosam valido] velut annoso validam *C*
- IIII, 536 sum] sim *C*
- IIII, 541 irrisam] invisam *C*
- IIII, 545 insequar] inferar *C*
- IIII, 611 avertite] advertite *C*
- IIII, 614 si] sic *C*
- V, 29 quoque] quove *C*
- V, 58 cuncti laetum] laetum cuncti *C*
- V, 143 stridentibus] tridentibus
- V, 151 primusque] primisque *C*
- V, 158 longae.... carinae] longa ... carina *C*
- V, 162 cursum] gressum *C*
- V, 184 Mnestheoque] Mnestheique *HW* (Mnesthique *R*)
- V, 187 partem] partim *R*
- V, 208 sudes] trudes *C*
- V, 228 resonat clamoribus] resonatque fragoribus *C*
- V, 235 imperium] imperium est *R*
- V, 247 optare] aptare
- V, 281 plenis subit ostia velis] velis subit ostia plenis *W*
- V, 299 Arcadia, Tegeae de] Arcadio Tegeaeae *C*
- V, 325 humeris] humero *C*
- V, 326 ambiguumque] ambiguumve *H W*
- V, 398 inventa] inventas *C*

Aen. V, 518 aeriis] aetheriis *C*
- V, 520 aetherias] aerias *C.* — contorsit] contendit *W*
- V, 521 artem pariter] artemque pater *C*
- V, 534 honorem] honores *R*
- V, 568 Atyi] Atii *C*
- V, 620 Jsmarii] Tmarii *C*
- V, 720 animus] animum *C*
- V, 734 tristesque] tristes *R* (tristesve *H W*)
- V, 773 funes] funem *C*
- V, 781 et inexsaturabile] nec exsaturabile *H W* (neque exaturabile *R*)
- V, 793 Proh] per *C*
- V, 814 quaeret] quaeres *R*
- V, 817 curru] auro *C*
- V, 842 fuditque] funditque *C*
- VI, 96 quam] qua *[H R]; in imo margine addit Bentleius : fo.* quâ tua te f. sinet
- - - salutis] saluti *C*
- VI, 105 percepi] praecepi *C*
- VI, 293 cava] *fo.* cavae
- VI, 294 umbras] *fo.* auras
- VI, 472 proripuit] corripuit *C*
- VI, 475 perculsus] percussus *C*
- VI, 476 miseratus . . . . euntem est] miseratur euntem *C*
- VI, 556 insomnis] exsomnis *C*
- VI, 591 cursu] pulsu *C*
- - - simularat] simularet *C*
- VI, 598 tundens] tondens *C*
- VI, 632 hic] haec *C*
- VI, 653 campos] campum *C*
- VI, 687 exspectata] spectata
- VI, 718 tandem] mecum *C*
- VI, 733 nec] neque *C*
- VI, 734 respiciunt] dispiciunt *C*
- VI, 754 possit] possint
- VI, 772 atqui] atque *C*

Aen. VI, 791 vir] *del. Bentleius*
- VI, 792 divum] divi *C*
- VI, 798 adventu] adventum *C*
- VI, 803 placarit] pacarit *C*
- VI, 806 virtutem extendere factis] virtute extendere vires *R*
- VI, 810 primus] primam *C*
- VI, 822 fata] facta *C*
- VI, 827 premuntur] prementur
- VI, 846 restituis] restitues
- VI, 852 pacisque] pacique *R*
- VI, 862 lumina] *fo.* nubila. *Vide Pierium ad* VII, 527
- VI, 865 quis] qui *R*
- VI, 865 in ipso est] *del.* est *C*
- VI, 897 ubi] ibi
- VI, 900 littore] *leg.* limite
- VI, 901 *del. Bentleius (item R) adnotatque in imo* margine:
NB 900 littore
901 littore
(VII) 1 littoribus
- VII, 51 primaque oriens] prima moriens
- - - est] *del. Dr. Crow*
- VII, 92 hic] hinc
- VII, 109 herbas] herbam *C*
- VII, 110 ipse] ille *HW*
- VII, 166 provectus] praevectus *C*
- VII, 178 ex cedro] e cedro *C*
- VII, 196 cursus] cursum *C*
- VII, 207 penetravit] penetrarit *HW*
- VII, 218 aspiciebat] aspiciebat (with e and a written above) *(sic! quid voluerit Bentleius exputare non possum; codices et editiones retinent* aspiciebat)
- VII, 237 precantium] precantia *C*
- VII, 255 a sede] ab sede *C*
- VII, 264 sociusque] sociusve
- VII, 335 unanimeis] unanimos *C*
- VII, 337 nomina] *leg.* numina

Aen. VII, 361 miseret] miserae *(item Io. Schrader)*
- VII, 381 turba] supra *C*
- VII, 385 nomine] numine *C*
- VII, 391 choros] *leg.* choro *C*
- VII, 392 pectore] *leg.* pectora
- VII, 444 gerant] gerent *R H*
- VII, 458 rupit] rumpit *C*
- VII, 459 perfudit] perfundit *R*
- VII, 464 aquai vis] *del. Bentleius* vis *C*
- VII, 481 malorum] laborum *C*
- VII, 558 ipse] ille *C*
- VII, 562 super] supera *HW*
- VII, 567 toto] torto *C*
- VII, 582 molle] mole *C*
- VII, 660 auras] oras *C*
- VII, 684 pascit] pascis, *item Heinsius*
- VII, 712 rosea] Rosea *W* (Rosia *H R*)
- VII, 728 amnisque] omnisque
- VII, 739 rufas] Rufras *C*
- VII, 778 Triviae templo] templo Triviae *C*
- VIII, 65 celsis caput urbibus] *leg.* Tuscis caput amnibus
- VIII, 121 perculsus] percussus *C*
- VIII, 124 accepitque] excepitque *C*
- VIII, 160 iuventa] iuventas *H R*
- VIII, 163 iuvenili] iuvenali *C*
- VIII, 194 tegebat] tenebat *C*
- VIII, 206 intentatum] intractatum *C*
- VIII, 212 quaerentem] 'quaerentis (ti *He'* *i. e. Heinsius*): *Bentleius;* quaerenti *C*
- VIII, 237 adversum] *fo.* aversum
- VIII, 298 Typhoeus] Typhöeus *C*
- VIII, 301 decus] deus
- VIII, 324 aureaque (ut] aurea (quae ut
- VIII, 357 urbem] arcem *R W*
- VIII, 408-9 feminam primum Cui tolerare colo vitam] feminam, cui mos Est tolerare colo vitam

Aen. VIII, 423 hoc] huc
- VIII, 430 Rutuli] rutili *C*
- VIII, 435 horrificam] horriferam *C*
- VIII, 527 intonat] increpat *C*
- VIII, 547 sequuntur] sequantur *C*
- VIII, 555 littora] limina *H*
- VIII, 569 finitimus] finitimo *H W*
- VIII, 577 patiar] patior *C*
- VIII, 615 nato] nati *C*
- VIII, 650 quod] quia *C*
- VIII, 690 stridentibus] tridentibus *C*
- VIIII, 22 et] ea
- VIIII, 45 facessant] facessunt
- VIIII, 67 quae via] qua via (qua vi *R*)
- VIIII, 70 septum] septam *C*
- VIIII, 197 perculsus] percussus *C*
- VIIII, 204 Aeneam] Aenean *C*
- VIIII, 283 aut] haut *H*
- VIIII, 292 perculsa] percussa *C*
- VIIII, 305 aptaret] aptarat *C*
- VIIII, 323 dabo] dabo et *C*
- VIIII, 341 molle pecus mutumque metu fremit ore cruento] *mutus etiam sine metu; leg.* motusque metu; 9,793
- VIIII, 412 adversi] aversi *H W* (abversi *R*)
- VIIII, 413 fixo] fisso *C*
- VIIII, 418 it] iit *W*
- VIIII, 471 videbant] movebant *C*
- VIIII, 475 ac] at *C*
- VIIII, 485 data] date *W*
- VIIII, 541 coelo] coelum *C*
- VIIII, 631 letifer] fatifer *C*
- VIIII, 646 forma] formam *H W*
- VIIII, 676 armis] animis; *item ex Peerlkampii coniectura R*
- VIIII, 731 effulsit] offulsit
- VIIII, 742 invenem] inventum *C*
- VIIII, 761 adversos] aversos

Aen. VIIII, 814 aeger] acer
- X, 49 quamcumque] quacumque
- X, 56 medios] medium *C*
- X, 154 fatis] fati *C*
- X, 186 Cycne] Cinyra *W* (Cinyre *H R*)
- X, 220 Cybele] Cybebe *C*
- X, 291 sperant] spirant *H W*
- X, 322 Pharon] Pharo *C*
- X, 323 clamantis] clamanti *C*
- X, 332 fidem] fidum *C*
- X, 352 occurrit] accurrit *C*
- X, 371 laudis] laudi *C*
- X, 386 dum furit, incautum crudeli morte sodalis] dum furit incautus, crudeli morte sodalis
- X, 407 correptos] correptis *C*
- X, 515 Euander] Evandrus
- X, 585 hostem] hostes
- X, 686 animo] animi *HR*
- X, 702 Evantem] Euanthen *C*
- X, 705 Cisseis regina Parin creat: urbe paterna] *lege* Parin: Paris (*cf. B. ad Hor. epod.* 5,28): *C*
- X, 709—10 Laurentia, sylva Pastus] Laurentia silva Pascit (*cf. B. ad Hor. epod.* 5,28)
- X, 717—8 *Bentleius collocat post* 713 *et sic nunc vulgo vss. collocant editores secuti Scaligeri coniecturam (in prolegom. ad Manil.)*
- X, 788 femure] femine *C*
- X, 796 proripuit] prorumpit
- X, 797 dextrae] dextrâ *C*
- X, 871 imo] uno *C*
- X, 874 eum] enim *C*
- XI, 34 omnes] omnis *C*
- XI, 35 moestae] moestum *C*
- XI, 115 Turno] Turnum *C*
- XI, 117 decuit mecum] mecum decuit *C*

Aen. XI, 171 Tyrrhenumque] *fo.* equitumque *ut vs* 598
- XI, 173 armis] arvis *cum Heinsio*
- XI, 268 devicta Asia] devictam Asiam *C*
- XI, 272 amissi] admissis
- XI, 414 inermes] inertes (*C:* inertis)
- XI, 421 multa] multo *C*
- XI, 425 variusque] variique *HW*
- XI, 461 ruunt] ruant *W*
- XI, 464 equites] equitem *C*
- XI, 480 atque oculos] *del.* atque *C*
- XI, 534 tristeis] tristi *cum Heinsio*
- XI, 645 dolorem] dolore *C*
- XI, 659 Threiciae] Threicia *cum Heinsio; Heyne:* 'Threicia *vitium operarum ed. N. Heinsii*'
- XI, 659 Thermodoontis] Thermodontis *C*
- XI, 665 deiicis... fundis] deiicit ... fundit
- XI, 672 ad dextram] ac dextram *C*
- XI, 672 inertem] inermem *C*
- XI, 735 geritis] gerimus *C*
- XI, 801 per] neque *H* (nec *R W*)
- XI, 835 Arcadis] Arcades *C*
- XI, 839 multatam] mulcatam *R*
- XII, 31 atque arma] *del. Bentleius* atque: *C*
- XII, 176 et nunc] esto nunc *C*
- XII, 209 Marte caret] matre caret *C*
- XII, 221 pubentesque] *fo.* tabentesque. *Sic ed. Heins.: C*
- XII, 231 hic sunt] hi sunt *C*
- XII, 237 lenti consedimus arvis] lentis consedimus armis *ex cod. Gudiano, quam lectionem minime contemnendam esse iudicavit Heinsius.*
- XII, 264 densate catervas] densete catervas *R*
- XII, 379 quem rota] cum rota *C*
- XII, 394 augurium citharamque dabat celerisque sagittas] *fo.* citharamve dabat celeresve sagittas

Aen. XII, 464 adversos] aversos *C*
- XII, 479 ostendit] ostentat *C*
- XII, 482 per agmina magna] per agmina longa. *Item Heinsius.*
- XII, 506 haud multa moratus] haud multa moratum
- XII, 508 transadigit] trans adigit
- XII, 573 propere] properi (*ex codd. Pierii*
- XII, 627 possunt] possint *C*
- XII, 667 imo in corde] uno in corde *C*
- XII, 792 tenentem] tuentem *C*
- XII, 808 tua magna voluntas] tua, magne, voluntas *C*
- XII, 830 es] et

Aen. XII, 835 commixti corpore tantum] commixti c. tanto. *Item Heinsius*
- XII, 853 demittit] demisit *C*
- XII, 862 subito] subitam *C*
- XII, 865 ad ora] ob ora *C*
- XII, 873 quid iam miserae superat mihi?] quid iam durae superat mihi? *C*
- XII, 875 nec me terrete timentem] ne me terrete timentem *C*
- XII, 882-3 haud quicquam .... erit] aut quicquam .... erit? *C*
- XII, 883 satis ima] satis alta *H W*
- XII, 897 qui forte] quod forte *C*
- XII, 910 nec vox nec verba] nec vox aut verba *C*

Huic Bentleianae carminum Vergilianorum recensioni emendationes addam commentarii Seruiani, quas idem uir doctus in eadem illa editione Valkenieriana margini adscripsit, pauculas illas quidem et maximam partem ab aliis uiris doctis praeceptas, sed admodum memorabiles.

Seru. ad Verg. georg. IIII, 1: nam laudes Galli habuit locus ille qui n u d e Orphei continet fabulam] n u n c *Bentleius itaque edidit Lion.*

— — — Aen. IIII, 694: alii dicunt Euripidem Orcum in scenam inducere gladium ferentem, quo crinem Alcesti abscindat: Euripidem hoc a P o e n i a, antiquo tragico, mutuatum] P r a t i n a *Bentleius.*

— — — — V, 782: 'preces descendere ad omnes': si quid inuidiae est in humillimis precibus, imputandum n o n est per omnia Junoni: nam 'omnes' dicendo etiam humiles significat, unde ait etiam 'descendere'] n o n *deleuit Bentleius itemque cancellis saepsit Lion, sed nescio an locus corruptus ita sanandus sit, ut* nisi quid *scribatur pro* si quid.

— — — — VI, 9: Coelius enim de Cumano Apolline ait: est in fano s i n u m Apollinis ligneum, altum non minus pedes XV] s i g n u m *Bentleius.*

— — — — VI, 725: nam 'lucens' est quod aliunde illuminatur, 'l u c i b i l e' quod per se lucet ut 'patulum' et 'patens'] l u c i d u m *Bentleius.*

— — — — VIIII, 79: 'prisca' autem fides ἀξιοπιστία, quasi non sit f a c t a historia] f i c t a *Bentleius: de eadem emendatione cogitauit Lion.*

Seru. ad Verg. georg. X, 272: 'Cometae' autem Latine 'Crinitae' appellantur et Stoici dicunt has stellas esse ultra triginta duas, quarum nomina et effectus Auienus, qui iam bis scripsit Vergilii fabulas, comme morat] iambis *Bentleius itaque edidit Lion.*

— — — — X, 432: unde et Terentium 'turbas, lampadas' propter strepitum uolunt dixisse, cum parcus senex perperam per publicum duci suadet nec strepitum per turbas adhiberi] puerperam *Bentleius: de eadem emendatione cogitauit Lion.*

— — — — X, 733: 'caecum uolnus' autem quod aduerso infigitur] auerso *Bentleius itaque edidit Lion.*

— — — — XI, 184: si autem feminino genere dixerimus 'operas,' ipsas personas quae aliquid faciunt significamus, sicut 'custodia' dicitur quae custodit, ut: 'cernis custodia qualis Veliuolo sedeat'] uestibulo *Bentleius itaque edidit Lion.*

— — — — XII, 120: 'uerbena' proprie est herba sacra, ros maximus ut multi uolunt] ros marinus *Bentleius itaque edidit Lion.*

— — — — XII, 121: 'pilata' fixa et stabilia uel a pilo quod figit uel a pila structili, quae fixa est et manet, nam et Graeci res densas et artas *πιλώια* dicunt] *πιλωτὰ Bentleius.*

— — — — XII, 266: hic uero dicit ipsum augurem telum sponte torsisse et occidisse unum de nouem fratribus, quod pertinet ad oeconomiam: necesse enim erat, ut fratris dolore ex unius morte commoti bellum mouerent] fratres *Bentleius itaque edidit Lion.*

— — — — XII, 568: 'frenum' singulari numero raro lectum est, et quidam hunc uersum per figuram Graecam dictum tradunt: *ὁμολογοῦσιν μέλλειν λαβεῖν*] *ὁμολογοῦσι χαλινὸν λαβεῖν Bentleius.*

II.

SCHOLIA

IN

CAESAREM ET SALLVSTIVM.

Est in bibliotheca publica Parisina codex uetus numero VICCLVI notatus quo scholia in Iustinum, Caesarianorum bellorum corpus, Sallustium, Hegesippum, Iosephum continentur, nisi manis dicere excerpta: nam saepius uerborum explicatio omissa est. scriptus est codex in charta pergamena formae quadratae minoris nono saeculo ab uno librario, nisi quod pauca in uetere scriptura alia manu uel correcta uel addita sunt, quae tamen eadem fere aetate exarata esse uidentur, paucis scripturae conpendiis pulcherrime atque splendidissime largis marginibus tantisque uersuum interuallis, ut in singulis paginis duodeni dum taxat uersus extent. qua bonae chartae effusione saeculo tertio decimo uel quarto decimo quidam ita usus est, ut minuta scriptura in marginibus, saepius etiam inter uersus commentationes adderet grammaticas uel rhetoricas. constat codex nunc ex quinquaginta sex schedis — sed aliquot interiisse inde adparet, quod fol. 56 vs oratio his uerbis desinit: 'qui faciebant commeatus id est comportationes in plaustris et sagmariis oneratis uictu ad opus pugnantium: commeatus autem dicuntur' et abest tertius quaternio, ut iam finis excerptorum Justinianorum et Caesarianorum initium desit — quibus haec continentur:

fol. 1r de libro epitomatum Justini super Trogum Pompeium,
fol. 17r scholia in *Caesarianorum bellorum corpus,* quae inscriptione carent, cum, ut modo dixi, inter fol. 16 et 17 tertius quaternio perierit,
fol. 23vs de libro Sallustii, sed sub finem addita sunt scholia Caesariana,
fol. 30vs de libro Egesippi,
fol. 36vs de libro Iosephi.

Ex hoc igitur codice quinque abhinc annos Parisiis descripsi quae ad Caesarem Sallustiumque pertinebant, sperans fore ut ex tam antiquo testimonio aliquid utilitatis ad illos scriptores emendandos redundaret et subtilior quaedam doctrina in illis scholiis inesset: utraque spes me fefellit. nam codex et in Caesariano corpore et in Sallustii libris passim defendit corruptelas illorum librorum codicibus traditas: ut *bell. ciu.* I, 7, 2 notaretur (uetaretur *Madwig*), *b. c.* I, 24, 5 ad se (ipse *Ciacconius*), *b. c.* I, 71, 4 datum ire (datum iri *uulg.*),

b. c. II, 23, 5 Marcus (Marcius *Nipperdey*), *Sall. Jug.* 95, 3 doctissime (doctissimi *Jordan*, qui doctissime *Siesbye*), *Cat.* 55, 5 et indices (uindices). atque in scriptura uocabulorum ex bello gallico depromptorum cum codices Caesariani inter se dissentiunt, scholiasta plerumque deterioris quam uulgo appellant familiae amplectitur lectiones: *b. g.* VII, 11, 8 multitudini (multitudinis *PRAM*), *b. g.* VIII, 23, 5 cum uellet celeriter Commium conficere, a familiaribus prohibitus non potuit (uel celeriter a familiaribus prohibitus Commii conficere hominem non potuit *PRAV*); *b. g.* VIII, 23, 5 uulnerauit (percussit *PRAV*); *b. g.* VIII, 48, 8 obsidibus datis (obsidibus *PRV*). in reliquis bellis rem facit cum Thuaneo et Leidensi primo: *b. c.* III, 62, 4 Marcello (Marcellino), *b. alex.* 19, 2 uidebantur (uidebatur), *b. c.* III, 58, 3 arboris (arboribus). neque desunt loci quibus in his scholiis nouae corruptelae inueniantur: *b. alex.* 15, 6 deterentur (detergerentur), *b. c.* I, 87, 4 Suffeium (Fufium *uel* Fufeium), *Jug.* 24, 2 populi consules (patres conscripti). uno sane loco in hoc codice uera lectio seruata est: *b. c.* III, 1, 5 codd. Caesariani haec tuentur: qui se illi initio ciuilis belli optulerant, si sua opera in bello uti uellet, proinde aestimans, ac si usus esset, quoniam suffecissent potestatem, sed recte uulgo edunt ex Beroaldi coniectura: quoniam sui fecissent potestatem, quam coniecturum iam confirmant scholia; quattuor locis exhibent si non meliorem, at certe aeque bonam lectionem: *b. c.* III, 100, 2 vulgo editur per equites dispositos aqua prohibere classiarios instituit, scholiasta seruauit: per equites dispositos aqua dulci prohibere classiarios instituit (*cf. b. alex.* 8, 1 puteis fossis aquam dulcem reperiri posse affirmabat, *b. Afr.* 24, 4 alga e littore collecta et aqua dulci eluta et ita iumentis esurientibus data uitam eorum producebant). *b. alex.* 13, 1 erant omnibus ostiis Nili custodiae exigendi portorii causa dispositae, sed in scholiis est: erant in omnibus ostiis Nili custodiae exigendi portorii causa dispositae. *b. Hispan.* 7, 4: duae fuerunt uernaculae, quae a Trebonio transfugerant, scholia tuentur: quae a Trebonio perfugerant. *Sall. Cat.* 61, 5: ex omni copia neque in proelio neque in fuga quisquam ciuis ingenuus captus est, scholia: ex omni copia neque in proelio neque in fuga quisquam ciuis ingenuus uiuus captus est. sed sunt haec incerta et parui momenti. at sint meliora, futilissima certe sunt quae commentator explicandi causa adscripsit, nam doctrina fuit in eo nulla: commentarius enim non historicus est neque rhetoricus, sed grammaticus, in uocum sententiarumque facillimarum, rerum notissimarum enarratione positus saepe puerilis, saepius ineptiarum plenus. credi uix potest, in quam ridiculos errores grammaticus ille sese implicauerit: quid facies homine qui Hegesippum distinxerit a Iosepho? qui cum in scriptoris uerbis inuenisset s̄cta i. e. senatus consulta, haec elicuerit: scita sunt plebis, quae senatus plebe poscente decernit, ut fit, dum plebs suffragia fert? qui cum Sallustius scripsisset: si in tanto omnium metu solus (Caesar) non timet, eo magis refert me mihi atque uobis timere, enarrauerit: refert id est praestat? qui conquirere crediderit significare pariter quaerere, circulari: in omnem partem uerti, strictus: extractus, profligare: propellere? sed sufficiunt haec siue neglegentiae siue inscitiae exempla. hoc tamen addo: uno loco lepidus ille commen-

tator, qui alter Hercules tanta scripturae monstra facili negotio i. e. inepta explicatione domuit, stupet uel haesitat: toreumatis enim uocabulo adscripsit: quaeritur. neque multum eundem in antiquorum scriptorum lectione uersatum esse inde conicere licet, quod praeter uersum Vergilianum nullum fere antiquitatis uestigium adparet: praeterea unum adfert Pauli apostoli locum *(ad Galat.* 2, 6) et unum Prisciani grammatici uidetur adhibuisse. nam in uerbis Sallustianis *(Cat.* 56, 6): 'interea (Catilina) seruitia repudiabat, cuius initio ad eum magnae copiae concurrebant' enarrandis Prisciano non appellato eadem explicatione eisdemque uerbis utitur commentator atque Priscianus (XVII, 156 p. 184, 12 K.): 'cuius' hic singulare ad rem retulit, id est cuius rei seruitiorum. quod si haec loci Sallustiani explicatio a Prisciano primo prolata est, id quod persuasum habeo, scholiasta sexto p. Chr. n. saeculo inferior esse coarguitur: atque horum scholiorum ineptias, ne dicam barbariem septimo p. Chr. n. saeculo suo iure ascribi posse non est, quod pluribus uerbis doceam. uidetur autem hic commentarius initio cum ipsis codicibus Caesaris, Sallustii, reliquorum scriptorum ita coniunctus fuisse, ut notae margini adscriptae essent, post per se descriptus, id quod I. N. Maduig olim (in disp. de Q. Ascon. Pedian. p. 88) de Leidensibus orationum Verrinarum scholiis similiter ieiunis atque ineptis suspicatus est. atque intercedit inter haec scholia Leidensia et Parisina praeter hanc interiorem similitudinem etiam extera. nam nisi quod Parisinus codex quadratam formam habet, Leidensis oblongam, ita ut eadem altitudine sit atque Parisinus, sed aliquanto latior, propter scribendi genus simillimum gemellos eos dicas: eadem certe aetate in eodem monasterio quin scripti sint, non dubito. scholia autem non ab eo qui hunc codicem scripsit ex compluribus codicibus collecta et in unum quasi corpus redacta esse, sed eum scholiorum corpus parum attente descripsisse mihi ueri simile est et propter corruptelas aliquot ('quin: ut N nouus' pro 'quin: ut non. nouus', 'domum natus' pro 'domi innatus') et quod in his scholiis confusio quaedam est, cum neque Sallustiana recto ordine procedant et Sallustianis Caesariana immixta sint.

Quae scholia quamquam ad emendationem Caesaris Sallustiique pusillum, ad enarrationem nihil noui adferunt, tamen hac scribendi occasione oblata ea publici iuris facere animum induxi, cum ne haec quidem leuia aut inepta neglegenda esse existimem, ut tandem de scholiorum ratione atque origine et de litterarum studiis inde ab imperii Romani interitu usque ad Caroli Magni tempora melius indicari possit. in editione scripturam codicis praeter leuiores errores orthographicos accuratissime expressi et, ubicumque quid mutandum erat, subiecta adnotatione discrepantiam exhibui eodemque loco si quid praeterea de codicis scriptura monendum uidebatur indicaui. hoc addo saepius me uerba aperte uitiosa intacta reliquisse, quod dubitarem, ueriusne haec scriptoris inscitiae atque temeritati tribuenda essent quam librarii socordiae atque libidini. quas litteras uel uocabula in codice omissa addidi, litteris inclinatis excudenda curaui, quae delenda censui, cancellis saepsi, litteram erasam esse asterisco indicaui.

---

b. g. VII, 11, 8 [*fol.* 17 *r*] atque itinerum angustiae multitudini fugam intercluserant.

b. g. VII, 40, 6 Deprecor ponitur aliquando eo sensu quod est de aliqua re et habet hic causalem sensum ut qua de re, propter quam rem: Aedui proiectis armis mortem deprecari incipiunt.

b. g. VIII, 22, 2 Delego: transmitto. Caesar Bellovacis respondit intelligere se causam peccati facillime mortuis delegari.

b. g. VIII, 23, 5 Conficio: interficio. Centurio uelut insueta re permotus cum uellet celeriter Commium conficere, [*fol.* 17 *vs*] a familiaribus prohibitus non potuit: grauiter tamen primo ictu gladii uulnerauit.

b. g. VIII, 48, 8 Praescripserit: decreuerit. Commius magna parte amissa suorum legatos ad Antonium mittit seque ibi futurum, ubi praescripserit, et ea facturum, quae imperarit, obsidibus datis firmat.

Scita sunt plebis, quae senatus plebe poscente decernit, ut fit, dum plebs suffragia fert.

b. c. I, 7, 2 Intercessio tribunorum pro aliqua seuera constitutione apud Romanos licite fiebat: [*fol.* 18 *r*] unde Caesar apud legiones suas nouum in republica introductum *exemplum* queritur, ut tribunicia intercessio [pro eo] armis notaretur atque opprimeretur.

b. c. I, 8, 1 Conuenio: alloquor. Caesar Ariminum proficiscitur ibique tribunos plebis, qui ad eum confugerant, conuenit.

b. c. I, 14, 3 Pridie eius diei. Cn. Pompeius pridie eius diei iter ad legiones habebat.

b. c. I. 15, 5 Cogo: colligo. Vibullius sex cohortibus cum his, quas habebat, coactis XIII efficit.

b. c. I, 16, 1 Conquiro: pariter quaero. Caesar conquiri milites, qui a Lentulo discesserant, [*fol.* 18 *vs*] delectumque institui iubet.

b. c. I, 18, 6 Circumuenio: circumdo. Caesar Corfinium oppidum uallo castellisque circumuenire instituit.

Interest impersonale, significat praestat impersonale, hoc est, utilius est

---

1. multitudini] multitudi tudini *codex, apud Caesarem editur* multitudinis *ex auctoritate codicum P R A M, ut Frigellii notis utar,* multitudini *tuentur T L U H.* — 3. Aedui] hedui. — 7 Centurio ... uulnerauit] *apud Caesarem editur ex P R A V:* centurio uel [*sic Lipsius, codd.* uelut] insueta re permotus uel celeriter a familiaribus prohibitus Commii conficere hominem non potuit: grauiter tamen primo ictu gladio caput percussit, *sed deterior familia cum codice nostro consentit, praeterquam quod non* gladii *sed* gladio *exhibet.* — 11. seque ibi] seque * * * ibi; *apud Caesarem editur ex P R A V* seque et ibi, *in deteriore familia est* seque ibi. — 12. obsidibus datis] *apud Caesarem editur ex P R V* obsidibus; datis *extat in A M F L U H.* — 13. *quo haec uerba referenda sint, non perspicio atque dubito de extremorum uerborum sententia; uereor, ne* Scita *ortum sit ex usitatissima* senatus consulti *uocis nota, quae uox saepius hic apud Caesarem occurrit* b. g. VIII, 54, 1. 3. 55, 1. b. c. I, 5, 3. 4, *pluralis forma* b. c. I, 6, 5. — 17 exemplum] *om.* — pro eo] *seclusi, om. codd. Caesariani.* 18. notaretur] uetaretur *Madvig.* — 22 Vibullius] Bibullus, *reliqua uerba immutare nolui, Caesaris uerba uulgo sic leguntur:* a quo factus Vibullius [bibullium *uel* bubillium *codd.*] certior, quae res in Piceno gererentur, milites ab eo accipit, ipsum dimittit. Item ex finitimis regionibus quas potest contrahit cohortes ex dilectibus Pompeianis; in his Camerino fugientem Lucilium Hirrum cum sex cohortibus, quas ibi in praesido habuerat, excipit: quibus

Verg. Aen. I, 135 uel supereminet in profectu, ut 'sed praestat motos componere fluctus.' eodem
sensu est impersonale refert.
b. c. I, 21, 1 Quam primum: celerrime, quasi ualde primum. Caesar etsi magni, id est,
multum interesse arbitrabatur quam primum oppido potiri cohortesque ad
se in castra traducere, [*fol.* 19 *r*] quod saepe in bello paruis momentis magni
casus intercederent, tamen ne nocturni temporis licentia oppidum dimpere-
b. c. I, 24, 5 tur, legatos in oppidum dimittit, portas murosque asseruari iubet. Item:
Caesar ad Pompeium mittit, [ut] quoniam ipse Brundisium sit uenturus,
interesse rei publicae et communis salutis se cum Pompeio conloqui, neque
uero idem profici longo itineris spatio, cum per alios conditiones ferantur,
ac si coram de omnibus conditionibus disputetur [*fol.* 19 *vs*]. Item Paulus
Paul. ad Galat. 2, 6 dicit: de eis, qui existimabant aliquid esse, quales aliquando fuerint (subau-
ditur: non commemoro, quoniam) nihil mea interest (id est nihil in hoc supe-
remineo): Deus personam hominis non accipit (id est non obest aliis aposto-
lis, quia simplices et imperiti et nullius dignitatis in lege fuerunt, ideoque
non praestat tunc me honestiorem fuisse, quia eos deus glorificauit, qui per-
sonam non accipit nec quaerit tantum, quid fuerit quis, quantum quid sit).
b. c. I, 25, 6 Distineo: in diuersa teneo. Rates duplices [*fol.* 20 *r*] quoquo uersus pe-
dum triginta e regione molis collocabat; has quaternis ancoris ex quattuor
angulis distinebat, ne fluctibus mouerentur.
b. c. I, 64, 3 Circulari: in omnem partem uerti. Totis uero castris Caesaris milites
circulari et dolere hostem ex manibus dimitti et bellum necessario longius duci.
Datum ire: futurum tempus est infinitiui actiui quasi postea dare uel da-
b. c. I, 71, 4 turum esse. Quodsi Caesar iniquitatem ipsius loci timeret, datum ire tamen
aliquo loco pugnandi [*fol.* 20 *vs*] facultatem, quod certe inde cedendum esset
Afranio nec sine aqua permanere posset.
b. c. I, 72, 1 Conficio: perficio. Caesar in eam spem uenerat se sine pugna et uulnere

coactis XIII efficit. — 25. delectumque] dilectumque. 1. *apud Vergilium scriptum est:* sed motos praestat componere fluctus. — 3. ualde] uallde. — Caesar] *a pr. m.* Cesa, *corr. superscr.* r. — magni] magno. *Caesaris uerba sunt:* quibus rebus cognitis Caesar, etsi magni interesse arbitrabatur quam primum oppido potiri cohortesque ad se in castra traducere, ne qua aut largitionibus aut animi confirmatione aut falsis nuntiis commutatio fieret uoluntatis, quod saepe in bello paruis momentis magni casus intercederent, tamen ueritus, ne militum introitu et nocturni temporis licentia oppidum diriperetur, eos, qui uenerant, collaudat atque in oppidum dimittit, portas murosque adseruari iubet. — 8. ut] *seclusi.* — ipse *Ciacconius:* ad se *cod. cum. Caes. codd.* — 10 idem] item. — 11. disputetur] disceptetur *codd. Caes.* — 12. eis] his. — existimabant] estimabant. — 17 nec] ne *a m. pr., corr. superscr* c. — quaerit] quaeritur. *uerba Pauli sunt:* ab iis autem, qui uidebantur esse aliquid, quales aliquando fuerint, nihil mea interest: Deus personam hominis non accipit. — 18. Distineo: in diuersa teneo: *interpretatio peruersa, inde orta, quod scholiasta in suo codice Caesariano inuenit* distinabat, *non* destinabat, *qui error etiam in plurimis codicibus nostris est, sed iam dudum ab editoribus correctus est.* — 22. dolere] dolore *a. m. pr., sed iam a corr. corr.* — et bellum] et *om. codd. Caesar.* — necessario] non necessario *scripsit ex tribus codd. Nipperdeius, nemo eum secutus est.* — 23. Datum ire: *scribi debebat* datum iri, *sed scholiasta in suo codice inuenit* datum ire, *quam corruptelam Duebner etiam in suis codd. Caesarianis omnibus legi dicit: Nipperdeius unum Parisinum attulerat.* — infinitiui] infiniti *cod. de hac explicatione cf. Diomed. art.* gr. I *p* 352, 31 *K.* — 24 Caesar] *om. codd. Caes.* — ipsius] *om. codd. Caes.* — 25. cedendum] decedendum *codd. Caes. praeter Vindobonensem.* — esset] esse. — 27. uulnere] sine uulnere *codd. Caes.*

b. c. I, 76, 1 suorum rem conficere posse. Item: Quibus rebus [Petreius] confectis flens Petreius manipulos circumit militesque appellat.

b. c. I, 87, 4 * * * Fufium Calenum legatum Caesar praeficit.

b. c. I, 87, 5 * * * hoc iter ex eius praescripto factum est ad Varum flumen.

b. c. II, 23, 5 Remulcus est funis, quo religata nauis per aquam trahitur. Marcus Rufius relictam [*fol.* 21 *r*] triremem conspexit, hanc remulco abstraxit.

b. c. II, 32, 2 Praeiudicium: ante disceptationem factum iudicium. Pompeius nullo proelio pulsus uestri facti praeiudicio demotus Italia excessit.

b. c. III, 1, 5 Proinde: ita. Qui se Caesari optulerant, si se in bello uti uellet, proinde existimans, ac si usus esset, quoniam sui fecissent potestatem.

b. c. III, 9, 6 * * * Mulieribus puerisque in muro dispositis, ne quid cotidianae consuetudinis desideraretur, in Octauii castra irruperunt.

b. g. IIII, 17, 6 * * * Binis utrimque fibulis ab extrema parte [*fol.* 21*vs*] distinebantur: quibus disclusis atque in contrariam partem reuinctis tanta erat operis firmitudo.

b. g. V, 8, 1 * * * Labieno in continenti cum tribus legionibus relicto in Britanniam nauigauit.

Dynastia graece potestas, unde dynastae potestates habentes, cuius singu-
b. c. III, 3, 2 laris nominatiuus est hic dynasta. Pompeius a regibus Syriae et dynastis et tetrarchis pecuniam exegerat.

b. c. III, 49, 6 Valitudo: uigor corporis. Caesaris exercitus optima ualitudine summaque
b. c. III, 62, 4 aquae copia utebatur. [*fol.* 22 *r*] Item: Caesar Lentulo Marcellino, quod ualitudine minus commoda utebatur, Fuluium Postumum adiutorem submisit.

b. c. III, 51, 4 * * * Aliae enim sunt legati partes atque imperatoris: alter omnia agere ad praescriptum, alter libere ad summam rerum consulere debet.

b. c, III, 53, 2 * * * Nostri non amplius uiginti in sex proeliis eo die sunt desiderati.

b. c. III, 98, 2 Item: Caesar eos, qui ex fuga pugnae Pompeii salutem precabantur, militibus

---

1. [Petreius] *delcui, error in codd. Caesar. non est.* — 3. * * *] *prior scholii pars periit.* — Fufium] Suffeium; *meliores codd. Casar. exhibent* fufeium, *aliquot* fuscium *uel* fuscium, *unus Vrsini codex* Fufium. — 4 * * *] *prior scholii pars periit. uerba in codd. Caesar. sic scribuntur:* hoc eius praescripto ex Hispania ad Varum flumen est iter factum. — 5. Remulcus] remulgus *cod., quam formam nescio an retinere debuerim, cum codd. Caesar.* g *tueantur,* remulcum *corrigere ausus non sum.* — Marcus Rufius] *hanc codicis scripturam, quam etiam codd. Caesar. tuentur, nolui corrigere; Nipperdeius scripsit* Marcius Rufus, *cumque secuti sunt recentiores editores.* — 6. remulco] remulgo *cod. cum codd. Caesar.* — 12 se Caesari optulerant] seceri optulerant *man. pr., man. sec. litteris* ri *superscr.* a, *codd. Caesar. exhibent* se illi otio ciuilis belli obtulerant, *editores* se illi initio ciuilis belli obtulerant. — 10. existimans] aestimans *codd. et editores Caesar.* — sui fecissent] *cod. confirmat Beroaldi emendationem,* suffecissent *codd. Caesar.* — 11. * * *] *prior scholii pars periit.* — 13. * * *] *prior scholii pars periit.* — utrimque] utrumque. — distinebantur] distinebatur. — 15. * * *] *prior scholii pars periit.* — continenti *cod. cum codd. Caesar. Thuaneo et Ursiniano.* continente *Bongarsianus, Parisinus, Romanus.* — Britanniam] Brittanniam *cod.* — 17. Dynastia] dinastia *cod.* — dynastae] dinastae *cod.* — 18. dynasta] dinasta *cod.* — Syriae] siriae *cod.* — dynastis] dinastis *cod.* — 19. tetrarchis] tetrachis *cod. Caesaris uerba sunt:* magnam imperatam Asiae, Syriae regibusque omnibus et dynastis et tetrarchis et liberis Achaiae populis pecuniam exegerat. — 21. Marcellino] marcello *codd. cum codd. Caesar Thuaneo et Leidensi.* — 23. * * *] prior *scholii pars periit.* — atque] *post hoc uocabulum quinque littererae crasae sunt.* — 25. * * * *prior scholii pars periit. Verba Caesaris sunt:* nostri non amplius uiginti omnibus sunt proeliis desiderati. — 26. Caesar … precabantur] *haec uerba addidit scholiasta, ut sententiam explanaret.* — Pompeii] *post hoc uocabulum una littera erasa est.* —

suis commendauit, ne qui eorum uiolaretur, neue quid sui desideraret.

Strictus [*fol.* 22vs]: extractus, unde et stricti gladii dicuntur a uagina
b. c. III, 58, 3 — extracti et de Pompei equitibus scribit, quod inopia pabuli foliis ex arboribus strictis equos alerent.

Classiarius: qui est ex classe id est administratione nauium. Per equites
b. c. III, 100, 2 — dispositos aqua dulci prohibere classiarios instituit. Item: Alexandrini cum
b. alex. 12, 1 — iam non uirtute propugnatorum, sed scientia classiariorum se uictos uiderent.
b. alex. 20, 1 — Item: remigum et classariorum magnus numerus in molem se eiecit. [*fol.* 23r].

Epibatae sunt qui aliorum naues ingrediuntur iter agendi causa. Deinde
b. alex. 11, 4 — omnes Alexandrinorum nanes epibatis nudatae: magna praetorea multitudo in nauibus interfecta.

b. alex. 13, 1 — Portorium: uectigal nauium. Erant in omnibus ostiis Nili custodiae exigendi portorii causa dispositae.

b. alex. 15, 6 — Detero: contero. Nulla nauis hostili naui transuersa obiiceretur, nullius remi detererentur.

b. alex. 16, 2 — Periclitari: experiri. Si in pngna inferiores [*fol.* 23vs] Alexandrini fuis-
b. c. I, 72, 2 — sent, reliquam tamen fortunam periclitarentur. *Item:* cur denique Caesar fortunam suorum militum in pugna periclitaretur? praesertim cum non minus esset imperatoris consilio superare quam gladio.

b. alex. 19, 2 — Sublatum iri passiuus infinit*iu*us futuri pro sublaturum esse. Repentina latrocinia sublatum iri uidebantur.

DE LIBRO SALLUSTII

Salustius in Catilinario:
Catil. 11, 5 — Loca amoena, uoluptaria facile in otio feroces militum animos molliuerant. ibi primum insueuit exercitus populi Romani amare potare, signa, tabulas pictas, uasa caelata mirari.

Ganea sunt loca occulta meretricibus apta, unde et ganeo dicitur libidino-
Catil. 13, 3 — sus. Salustius Catilinario: sed non minor libido stupri, ganeae ceterique cultus incesserat: uiri muliebria pati, mulieres pudicitiam in propatulo habere.

---

1 neuc] neque *cod., in codd. Caesar est siuc* neu *siue* ne. — desideraret] desiderarent *codd. Caesar.* — 2. a] e? — 3. arboribus] arboris *cod. cum Caesar. Leidensi.* — 5. administratione] adunatione *cod.* — 6. dulci] *om. codd. Caesar.* — 9. iter agendi causa] causa iter agendi *cod.* — Deinde . . interfecta] *uerba Cacsaris sunt:* duae omnibus epibatis nudatae: magna praeterea multitudo in reliquis nauibus propugnatorum est interfecta, *sed* duae *Turncbi debctur sagacitati, codd. Cacsar. item cxhibent* deinde. — 11. nauibus] nouibus *cod. a man. pr., sed. corr. man. scc.* — 12 in] *om. codd. Caesar.* — ostiis] hostiis *cod.* — 14. Detero] *delebat scholiasta scribcre* Detergo *itemque vs.* 4 detergerentur, *non* detererentur: *huius erroris uestigium in codd. Caesar. non cst.* — 17. Item *addidi.* — 20. infinitiuus] infinitus *cod.* — 21. uidebantur] *nolui codicis scripturam corrigcrc, quam etiam complures codd. Caesar. tuentur, reliqui cxhibcnt* uidebatur: *scribcndum erat cum Th. Bcntleio* uidebat. — 28 sed non minor libido stupri, ganeae ceterique cultus incesserat] *apud Sallustium uerba sic conlocantur:* sed libido stupri, ganeae ceterique cultus non minor incesserat. — 29. uiri] uiro *cod., apud Sallustum exhibent* uiros *P C (ut Jordani utar siglis in altera edit.)* —

Catil. 20, 12 — Toreuma quaeritur. [*fol.* 24vs] Tabulas, signa, toreumata emunt, noua diruunt, alia aedificant.

Catil. 52, 16 — Refert id est praestat: si in tanto omnium metu solus Caesar non timet, eo magis refert me mihi atque uobis timere.

Catil. 61, 5 — Iuxta pro aequaliter. Ex omni copia Catilinae neque in proelio neque in fuga quisquam ciuis ingenuus uiuus captus est: ita cuncti suae hostiumque
Catil. 2, 8 — uitae iuxta pepercerant. Item: quibus contra naturam corpus uoluptati, anima oneri fuit, eorum ego uitam [*fol.* 25r] mortemque iuxta existimo.
Iug. 95, 3 — Item: Sulla fuit litteris Graecis atque Latinis iuxta atque doctissime eruditus, animo ingenti, cupidus uoluptatum.

Grassor a gressu dictum, unde grassor est quasi saepius gradior id est pleno gressu ambulo. Idem dicitur etiam saeuire, quia mos est saeuientium pleno gradu saepius uerti. Sed grassari *est et* progredi id est ire. Salu-
Iug. 1, 3 — stius ita dicit: imperator uitae mortalium animus est, qui ubi ad gloriam uirtutis uia grassatur [*fol.* 25vs], abunde pollens potensque et clarus est.

Voluptas saepius pro uitio ponitur, quo appetitus delectationis corporis non
Cat. 11,5 — moderamur, unde et uoluptarium dicitur, ut Salustius: loca amoena uoluptaria facile in otio feroces militum animos molliuerant.

Iug. 24, 2 — Subigo: cogo, unde litterae Adherbalis in senatu: non mea culpa saepe ad uos oratum mitto, patres conscripti, sed uis Iugarthae subigit.

Iug. 31, 27 — Perperam: praue. Neque ego uos, Quirites, hortor, ut iam malitis ciuis uestros perperam [*fol.* 26r] quam recte fecisse, sed ne ignoscendo malis bonos perditum eatis.

Iug. 42, 4 — Pessumdo: deicio. Quae res plerumque magnas ciuitates pessum dedit, dum alteri alteros uincere quouis modo et uictos acerbius ulcisci uolunt.

Cum et tum pro primo et postea: sunt enim aduerbia ordinis, et cum est
Iug. 43, 5 — uelut redditiuum, tum autem uelut subiunctiuum. Metellus in Numidiam proficiscitur magna spe ciuium, cum propter artes bonas, tum maxime, quod aduersum diuitias inuictum animum gerebat. [*fol.* 26vs]

Iug. 46, 2 — Supplicia pro supplicationibus ponebant antiqui. Masinissa legatos ad consulem cum suppliciis mittit, qui ipsi liberisque uitam peterent. Item: senatus ob ea feliciter acta dis supplicia decernere.

---

3 si in] *legitur in Sallusti editionibus* sin in, *sed in P V C est* si in. — metu] metu * *cod.* — 6. uiuus *om. codd. Sallust.* — 8. oneri] onere *cod. a pr. m.* — existimo] *apud Sallustium editur ex melioribus codicibus* aestimo. — 9. Sulla] silla *cod.* — doctissime] *hanc codicis scripturam quam etiam codices Sallust. tuentur mutare ausus non sum, Sallustius scripserat aut* doctissimi, *quod Henrico Jordanio uisum est, aut* qui doctissime, *quod Siesbyeo Madnigioque (aduers. crit.* II p. 292). 7 — 13. est et] *addidi.* — progredi] progradi *codex.* — 18. animos] * animos *codex.* — molliuerant] molliuerat *codex prim. man.* — 20. patres conscripti] populi consules *codex: in nullo, quod sciam, codice Sallust. hic error adparet.* — 21. ciuis] cuus *codex.* — 26. et tum] *post* et *ras. unius litterae.* — ordinis] *post* ordinis *ras. unius litterae.* — 27. subiunctiuum] subiuctiuum *man. prim.* — 31. qui ipsi] qui tantum modo ipsi *codd. Sallust.* —

Iug. 56, 2 — F o r e et esse in praeseuti significat: similiter adfore.

Iug. 85, 33 — [Item] I u x t a pro aequaliter. Doctus sum hiemem et aestatem iuxta pati id est aequaliter, Marius dicebat.

Iug. 82, 2 — P e r c u l s u s: permotus. Metellus certior fit Numidiam Mario datam, nam consulem factum [*fol.* 27 *r*] ante audiuerat. quibus rebus supra bonum aut honestum perculsus neque lacrimas tenere neque moderari linguam uir egregius in aliis artibus.

Iug. 63, 7 — Q u i n: ut non. Nouus nemo ex Romanis tam clarus aut egregius factis erat, quin is indignus consulatu et quasi pollutus ab eis, qui consulatum iam egerant, haberetur.

Iug. 101, 8 — P r o f l i g a r e: propellere. Iamque postrema acies Romanorum paulum a fuga aberat, cum Sulla profligatis eis, aduersum quos ierat, rediens [*fol.* 27 *vs*] ab latere Mauris incurrit.

Iug. 103, 1 — O b s e s s u m p r o f i c i s c o r id est ad obsidendum. Marius proficiscitur in loca sola obsessum Turrim Regiam, quae ibi erat.

Iug. 57, 2 — C i r c u m u e n i o: circumdo. Metellus cuncta moenia exercitu circumuenit.

Iug. 62, 1 — O b t e s t o r: adiuro. Bomilcar Iugurtham lacrimans optestatur, uti aliquando sibi liberisque et genti Numidarum prouideat.

Iug. 7, 4 — C l a r i t u d o est fama bona ex honoribus facta. Iugurtha modestissime Scipioni parendo et saepe obuiam [*fol.* 28 *r*] eundo periculis in tantam claritudinem breui peruenerat, ut nostris uehementer carus, Numantinis maximo terrori esset.

Catil. 55, 5 — I n d e x est indicator, pro indicato etiam ponit Salustius dicens: in eum locum carceris postquam demissus est Lentulus et indices rerum capitalium hoc est in Tullianum, quod erat uelut barathrum carceris sub terram depressum et undique parietibus munitum et insuper fornice ex lapidibus iunctis oppressum, incultum tenebris et odore foedum et [*fol.* 28 *vs*] facie terribili: ibi quibus praeceptum erat, laqueo eorum gulam fregere.

Catil. 56, 5 — S e r u i t i a: multitudo seruorum. C o m m u n i c o: socio. Interea Catilina seruitia repudiabat, cuius initio ad eum magnae copiae concurrebant, opibus coniurationis fretus, simul alienum suis rationibus existimans uideri causam

4. Numidiam] prouiniciam Numidiam *codd. Sallust.* — 5. factum] factam *man. prim.* — audiuerat] acceperat *codd. Sallust.* — 8. non] N. — Nouus] *uerba Sallustii sunt:* nouos nemo tam clarus neque tam egregiis factis erat, quin is indignus illo honore et quasi pollutus haberetur. — aut] *in ras. a man. sec.* — egregius] *codd. Sallust. partim* egregiis *exhibent, partim* egregius. — 11. Profligare] Profligari *man. prim.* — 12. aberat] aberant *codex, item codd. Sallust., a quibus absunt uerba* prima acies. — Sulla] silla *codex.* — eis] his *codex.* — 15. quae ibi erat] *Sallustius pro his uerbis exhibet:* quo Iugurtha perfugas omnis praesidium imposuerat. — 19. Scipioni] scipione *codex.* — 24. et indices] *scribendum erat* uindices, *sed corruptam codicis scripturam, quam etiam plurimi Sallustii codices eique optimi tuentur, corrigere nolui, cum peruersa scholiastae explicatio ex hac corruptela orta sit.* — 25. hoc est in Tullianum et q. s.] *haec scholiastae uerba sunt, quae tamen nituntur his Sallustianis* (55, 3. 4): est in carcere locus, quod Tullianum appellatur, ubi paululum ascenderis ad laeuam, circiter duodecim pedes humi depressus. eum muniunt undique parietes atque insuper camera lapideis fornicibus iuncta, sed incultu, tenebris, odore foeda atque terribilis eius facies est. — terram] terra *codex.* — 29. multitudo] multudo *codex.*

ciuium cum seruis fugitiuis communicauisse. Cuius hic singulare ad rem retulit, id est cuius rei seruitiorum.

Negotium est causa occupans, unde [*fol.* 29 *r*] negotiosus dicitur qui occupatus est in causis agendis, unde dicit Salustius: Romanus quisque apud antiquos quo erat ingeniosior, eo erat negotiosior.

Suppetiae sunt auxilia id est additae multitudines in necessitate bellantium.

b. Afr. 10, 3 Tristimonia id est tristitia. Magno metu *ac* tristimonia sollicitabantur.

Hippotoxotes: sagittarius, qui simul cum equitibus currens arcu dimi-
b. Afr. 19, 6 cabat: hippus est enim equus, [*fol.* 29 *vs*] sagittarius toxotes. Adhibitis a Iuba sagittariis, funditoribus hippotoxotisque compluribus.

b. Alex. 76, 1 *** Sinistro cornu medioque totae acies profligantur.

b. Afr. 62, 1 *** Varus classem Gaetulis remigibus epibatisque complet.

